

483.

Kaiser Friedrich I. ertheilt dem Bischof Wilhelm (II.) von Gap die Regalien. — Zeuge: Landgraf Ludwig. Pavia, 1184 Sept. 29.

Hdschr.: Coll. Peyresc. reg. 75. II fol. 335 Bibliothek Carpentras. Ist in Carpentras verloren.

Gedr.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Friderici II. 5^a, 192. Inserirt in die Bestätigung des K. Friedrich II. d. d. 1238 5 April. Stumpf 4386.

— — Huius autem rei testes fuerunt. Conradus Maguntinus archiepiscopus. Robertus Viannensis archiepiscopus. Ebirardus Wurzburgensis episcopus. Nicolaus Vivariensis episcopus. Lanfrancus Papiensis episcopus. Horacleonus Veronensis episcopus. Gonrandus Lubicensis electus. Sifridus Gesnedensis abbas. Rodulphus imperialis aule protonotarius. Gregorius Proviennensis abbas. Ludovicus langravius Duringie. Bertaudus de Audeborso (?). Geraldus comes de Lovania. Sinitadus Bertaynus (?) de Lucenburg. Castellanus Ratisponensis. Henricus comes de, Gartandus de, Cinitardus de Cinziburc. Radulfus camerarius. Henricus marscalcus de Lutra^a). Henricus dapifer de Vourwurs et alii quam plures. 15

Signum domini Frederici imperatoris invictissimi.

Ego Gotofridus imperialis aule cancellarius vice domini Philippi Coloniensis archiepiscopi et Italie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo octuagesimo quarto, regnante domino Frederico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius tricesimo tercio, imperii vero tricesimo primo; datum Papie tercio kalendas octobris, indictione tercia; feliciter amen.

484.

Erzbischof Wichmann von Magdeburg confirmirt alle Güter des von seinem Oheim, dem Markgrafen Konrad, gestifteten Klosters St. Peter auf dem Lauterberge. — Zeugen: Markgraf Otto und dessen Sohn Albert, Markgraf Dietrich, Graf Dedo und dessen Sohn Konrad, sowie Heinrich von Wettin. Giebichenstein, 1184 Okt. 20.

Gedr.: Dreyhaupt, Saalkreis 2,871 (nach Baring, Clavis dipl. 110).

C. In nomine sancte et individue trinitatis. Wicmannus divina favente gratia sancte Magatheburgensis ecclesie archiepiscopus omnibus Christi fidelibus et presentibus et futuris in perpetuum gratia vobis et pax. Sanctorum patrum predecessorum nostrorum matris nostre Magatheburgensis ecclesie archiepiscoporum regia via gradientium iter sequi volentes religiosos viros deum timentes amplectimur et paterno caritatis affectu diligimus et eorum iustis desideriis vel petitionibus pii favoris manum porrigere sine refragatione intendimus. Iustum etenim est, ut, quorum orationibus clementie dei commendamur, ut inter filios dei asscribi mereamur, eos omni pietatis et humanitatis studio prosequamur. Ea propter notum esse volumus omnibus, qui coequalem nobiscum sortiti sunt fidem, quomodo predicande memorie avunculus noster Conradus Misinensis et Liusicensis marchio monasterium, quod in Monte Sereno primus a fundamentis erexit et opera sua dedicari